V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui coelestia simul et terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, et pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum ....

Oremus.

Hostium nostrorum, quaesumus Domine, elide superbiam, et eorum contumaciam dexterae tuae virtute prosterne. Per Dominum .....

Benedictus ut supra.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 2135, p. 112 – Pontifical vesperal of St. Gall Prince-Abbot Beda Angehrn from 1774 (http://www.e-codices.ch/en/csg/2135/112)